Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

RÖPL.
149

149.

1532

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

App. Je 1682.
Mayer I. 4.6.
Bole
83 f.

Turc.
2 Kc

2125
quart. Rad.

TYRANNIS RITVS AC ASTVS militaris Turcorum Tyranni.

Ex Bibl. Com. F. Széchenyi.

Viennæ Pannoniæ in ædibus Ioannis Singrenij.

M. D. XXXII.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI, AC ILLVSTRISSIMO SACRI ROmani Imperij Principi, & Domino Domino BERNARDO tituli S. Stephani in Celio monte, Presbytero Cardinali, ac Episcopo Tridentino, Romanorum, Hungariæ, Bohemiæq; &c. Regis, Supremo Cancellario, Suo ac studiosorum omnium Patrono incomparabili.

MARtinus Oenoprepius. S. D.

Fieri plane nullo pacto potest, Reuerendißime in Christo Pater, & Illustrissime Sacri Romani Imperij Princeps, ac Domine omnium obseruandißime. quin apud Reuerendißimam ac Illustrissimam D. T. iam abunde satis testatum sit, atq; adeo res ipsa apud plerosq; omnes multis exemplis euidenter comprobarit, quibus quantisq; uigilijs usq; dum in hoc fuerit sitq; etiamnum Reuerendißimus Dominus & incomparabilis Patronus meus IOANNES Episcopus Viennen. tui nominis obseruandißimus, ut (quê sua non solum prudentia rerum gerendarum sagax, cum pari integritate coniuncta, uerum, quod uel maxime inter reliquas cãdidißimi huius pectoris dotes eminet, industria nuspiam conniuens cernitur) reipublicæ Christianæ, quantum ad eius tranquillitatem, ueræq; religionis orthodoxæ conseruationẽ spectat: bene consultum, meliusq; prospectum semper uoluerit. Superuacaneum forsitan hoc loci fuerit altius repetere quantum ille scribendo, docendo, ac prædicando iam multis sanè annis, in hac etiã persecutione Ecclesiæ Dei maxima præstiterit, maximê quando libri suo Marte conscripti, euulgatiq; caußam melius adiuuent, q̃ ut aliquo patrocinio opus sit futurum. Cæterum ut is semel id esset quod audiret, omni tum ope tum contentione eam operam hodie apud oues Viennæ sibi concreditas nauat sedulo, ut nihil non occasionis ultro etiam arripiat, qua rebus Christianorum ualde q̃ accisis aliqua ex parte, tamen pro uirili usui esse queat. Hinc factum est, quod dum hisce paucis ab hinc diebus in Bibliotheca sua: quam pace omnium dixerim, usq; adeo insignem instruxit, & magnis sumptibus undecunq; comparauit, ut si selectum optimorum authorum thesaurum quispiam respiciat, concedat mihi non temere aliquam cum ea in comparationem uenire posse: uersaretur, inter cætera uolumina, forte fortuna & me hercle propicio Appolline, incidit in libellũ hunc, de ritu, moribus, consuetudinibusq; multifarijs Turcicæ gentis, ac eorum militari arte, comportatum a Ragusino quodã homine ut apparet in eo scriptionis genere, mire & studioso & fœlici, utpotè qui nuspiam segniter manus admouisse uideri poßit, ad ea præsertim, quæ à ueritatis candore haud ita procul aberant. Quum autem artis sit, tum dicta tum scripta ad temporum præsentium rationem accommodare, Visum est dicto Reuerendißimo Episcopo Viennensi non abs re, neq; item plane infrugiferum fore, si huiusmodi Libellus non ex magnitudine, uerum utilitate æstimãdus, primo quoq; & hoc imminentis Turcici belli tempore in publicum ederetur. unde non aliter ac in tabula quauis Geographica, situs locorum, mores, ritus populorum, principatus, officiaq; uaria inter se dispartita, Genealogiam ab ouo ad mala, quod aiunt, repetitam, ac tandem artis militaris, & suæ Tyrannidis non contemnẽda stratagemata suis appositis uocabulis, recto ordine descripta conspici queunt. An non obsecro horum temporum tristißima facies necessitate urgente ita efflagitat, ut, dum animo præsenti, armataq; manu occurrere huic Tyranno, ac tandem aliquando post miserandam cladem acceptam caput huius aßlutißimi Serpentis comminuere annitimur, hæc omnia probe cognita, meditata, ac ad unguem explorata subinde habeamus? Quæ autem melior amußis: quantum præ-

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

ſens inſtitutum requirit: uel eligi, uel haberi poßit, equidem uix intelligo. Quamobrem ut tam precioſa margarita ab uſu hominum remota diutius ſupprimeretur, Reuerendiſsimus D. & Patronus meus unice beneficus Epiſcopus Viennenſis, indignum ſe, ſuaq; exiſtimatione ratus, quin potius ob ſalutem publicam, & uiciſsim in perniciem hoſtis truculentiſs. eandem liberaliter communicare quibuſuis uoluit. Quum autem Reuerendiſsime ac Illuſtriſsime Princeps, Domine obſeruandiſsime, Opuſculum hoc ſemel Diis, hominibuſq; approbantibus in manus ac cognitionem hominum peruenire neceſſe ſit, mihi multum diuq; circumſpicienti, cuius nam ſub patrocinio auſpicioq; commodius id fieri poßit, en præter cæteros omnes heroas Reuerendiſsima ac Illuſtriſsima D. T. non aliter ac tutelare quoddam numen afflictis Germaniæ rebus, ac potiſsimum ſtudioſis oĩbus celitus demiſsum, occurrebat. Quare agedũ Deus optimus Max: cepta ſecundet, ac ſua ineffabili benignitate hoſce conatus bene uertat, hoc quicquid eſt Libelli Reuerendiſsimæ ac Illuſtriſsimæ D. T. nominatim dedico, dedicatum offero, oblatum authoritate, eruditione, dignitatiſq; eiuſdem eminentia à liuido Calumniatoris dente aßerendum penitus trado, quam eandem Reuerendiſsimam & Illuſtriſsimã D. T. q̃ diutiſsime & perinde etiã fœliciſsime ualere opto. Cui me meumq; expoſitum gratificandi ſtudium, humillime commendo. Datæ Viennæ, id temporis quo cum ſumma rerum perturbatione, eius urbis iterata Turcorum obſidio expectabatur, Octaua Auguſti. Anno ab incarnatione Chriſti M.D.XXXII.

VRCARVM GENS ante pauca ſecula adeo obſcura fuit: ut etiam ipſi nullas à ſe res geſtas memoriæ dignas ante Othmanũ, qui primus hãc gentem illuſtrauit, narrare poſſint, Et licet de origine eius apud authores parum conſtet, eam tamẽ Scythicam eſse et mores et lingua haud dubie demonſtrãt, Plinius q̃ grauiſsimus author in Aſia circa Meothidem lacum Turcas uſq; ſolitudines ſaxoſis conuallibus aſperas accolere prodidit, Inprimis itaq; inopia rerum coacti, uicinas nationes latrocinijs potius quam legittimis prelijs infeſtarunt, Mox creſcẽte audatia, Duce Othmano uiro bellicoſiſsimo & Callidiſsimo, non ſolũ ut prius rapinis & incurſionibus, ſed iam aperto Marte contermineos populos inuaſerũt, cuius ſucceſſor Orham inſeliciter contra Tartaros pugnãs, cum multis populis gentis ſuæ occubuit, Poſtquam Amorath factus Imperator imperium auxit, ut uſq; ad pontũ longe lateq; fines ſuos extenderet, debitũ naturæ perſoluit. Succedit huic Bayazith, q cũ pari audacia finitimos populos inquietaret, captus tandẽ à magno Tamberlano, cũ ingenti clade gẽtis ſuę, finem audacię ſuę fecit.

Othmanus

Plinius

Duce Othmano.

Orham.

Amorath.

Bayazith

Tamberlanus

POST quẽ Quatuor Imperatores ſucceſſerunt. Qui quamuis de gente Othmana non fuiſſent celebres, tamen bella geſserunt, Nam Celeby multorum populorũ victor, partem quoq; imperij Trabezontis ſubiugauit Soleyman, cui Tamberlanus tributum rependit, Orhan ſecundus, qui multas vrbes Aſiæ & Ponti expugnauit. Muſe autem cum Orhanum dolo interemiſset, magnã

Celeby dominus Trabezontis

Soleyman

Orhan ſecundus.

Muſe

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

partem Asiæ in suã ditionẽ redegit, Post Musem culmen imperij ad gẽtem Othmanam redijt. Machomet itaqꝫ ex eadem gente potito imperio, Saracenos, Gordianos: Persas: Capadoces uarijs prelijs fudit, nomenqꝫ turcarum ita celebre fecit, ut iam gentes Europę illud reformidarent, cuius frater Amorath qui primus turcarum in Europam cum exercitu traiecit, multis regnis europæ deuictis, memorabili illo prelio ad varnam Wladislaum fortissimũ regem Hũgarię cũ magna cede populi christiani debellauit. huius res gestas filius eius Mahometus in tantum superauit, ut ad solis ortum & occasum plures terras: Maria: Insulas: populos: regna: Imperio turcarum solus ipse adiecerit, quam omnes decem superiores. cuius uictorias, si quis uellet recensere, profecto maximã partẽ Asiæ & Europę enumeraret. Nec contentꝰ filius eius Bayazith qui hodie regnat, tantum imperium à maioribus suis partum conseruare, sed plura castella, et oppida in ditionẽ suã redegit, nec indies cessat terminos imperij sui uscꝫ quaque dilatare, Croatia igne ferroqꝫ consumpta, & crebris incursionibus pene exhausta, nuper celeberrimum Regnum Poloniæ inuasit & abducens. LX. milia Christianorum, cum inaudita crudelitate vastauit & damnũ intulit, cui nisi cito per Maiestatem vestram & ceteros principes Christianos succurratur, paulopost ipsi etiã hosti immanissimo erit miserandũ, & deinde qd mali ex ipsius ruina cęteris regnis ipsi adiacentibus ĩmineat optime intelligere potest M. vestra. Sunt enim huic Bayazitho filij Nouem, quorũ nomina exprimere non pigeat. EST itaqꝫ Primogenitus filius eius Mahometh, Celebi, q hodie preses est in Amasia. SECVNDO genitus est Churchut Celebi qui preses est in terra Charanian. TERTIO genitus est Synan Celebi, qui preses est in Domusly circa Rodũ. QVARTO genitus est Ahmath Celebi, qui preses est in vna ex prouincijs Husunchasan in Persia. QVINto genitus est Murath Celebi, qui preses est in Trabezũtha. SEXTO genitus est Hally Celebi, qui preses est in Chapa. SEPtimo genitus ẽ Halhamassach Celebi qui preses est in Chestemoni. Reliqui vero sũt in Curia patris, qbus dominia hucuscꝫ nõ sũt assignata, ppter infãciam. Et ut de ista pestifera progeniæ Maiestati vestræ plenissima ĩformatio detur, sunt ipsi Bayazitho filię octo, quarum Prima est vxor Ahmath Bascę filij ducis Stephani de Bosna. SECunda est vxor capitanei Ianiciariorũ qui dicitur Agga. TERtia fuit vxor Vsunchassan quę hodie vidua est. QVARTA est vxor Muscaphabegh qui preses est ducatꝰ Sãcti Sabbe. QVInta est vxor filij Tanth basce. SEXta est vxor Iusselahmath qui preses est Vaulone. SEPtima est vxor filij Ieddyamath. OCTaua est vxor Muscaphabegh qui preses est Chrusentze. Nunc autẽ desiderãdi sunt prosperi successus & benignæ fortunæ huius pestiferi draconis tam in amplificatione Imperij, quam in procreatione filiorũ, sed nemo miretur quo pacto res turcarum ex angustissimis principijs tam breui tempore ad tantum fastigium peruenerint, multitudinem enim principũ Europę, odia atqꝫ intestina bella iugiter inter eos, precipuam causam esse crediderim.

Ars quoqꝫ militaris qua quondam Lacedemonij & Romani totum pene orbem subiecerunt apud multos principes Europę extincta est.

Mahometh.
Amorath.
Bayazith.
Prudẽs Lector cogita hæc olim exhortatorie scripta fuisse Iuo Cæsari Maximiliano.
Bayazithi filij Nouem.
Primus Mahometh
Churchut.
Synan.
Ahmath.
Murath.
Hally.
Halhamassach.
Bayazithi filiæ octo.
Prima Ahmath Basce.
Vsunchassan.
Muscaphabegh
Tanth basce.
Iusselahmath.
Ieddyamath.
Muscaphabegh

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

At ſumma imperij turcarum penes vnum principem habetur, vni Imperatori parent, vnus cuncta regit, vnus omnes redditus poſsidet, & ut ſummatim dicam, vnus tantũ dominus eſt: cęteri uero mancipia et ad libitum eius periclitari poſſunt, Prętterea diſciplina militaris apud eos adhuc locum habet: Nullum autem eſt diſcrimẽ nobilitatis uel generis: Is namq; generoſus habetur, qui fortius in bello extiterit, Is plura ſtipendia meretur, qui fortius dimicarit: vnde pręmia tanta milites ſtrennuiores reddũt ut vnuſqſq; ceteros fortitudine ſuperare conetur, Vt igitur. M. V. liquide cognoſcere poſſit, cõtra quem hoſtem dimicatura ſit, hoc cõmentariolo, ſtilo rudi ac craſſo exponam. Quibus magiſtratibus totum Imperium & aula imperatoris Turcarũ gubernetur, quanti ſint ordinarij redditus imperij, quæ ſint genera militum, & numerus eorum, modus qui ſit conſtruendi exercitum, cum Imperator ipſe bello intereſt, à gubernatione imperij exordiũ ſumam.

Magiſtratus quatuor uiratus

Veſierbaſcia.

Summa igitur totius Imperij tribus magiſtratibus gubernatur, quorum ſummus eſt quatuor viratus, qui ipſorũ lingua appellantur Veſierbaſcia hij ſunt principes conſiliarij, qui quater in hebdomoda ſedent pro Tribunali in loco qui dicitur Duyan, ut audiant legatos nationũ, & hominum ſupplicationes quas Imperatori referunt. Hij quoq; iudicãt cauſas quorũ gratia ꝓuocatũ eſt ad Imperatorem, Et cum quis horum depoſitus aut defunctus fuerit, alter denuo ſubſtituitur ut ſit ſemper Magiſtratus quatuor viratus.

Duyan locus Tribunalis.

Beglerbeghi magiſtratus duum uiratus.

Poſt quem ſequitur Magiſtratus duum viratus, qui dicitur Beglerbeghi. prĩcipes preſidum, hij pręſunt pręſidibus prouintiarũ, Et ut hic Magiſtratus melius intelligatur, diuiſio totiꝰ Imperij hoc in loco recẽſenda eſt. Oia itaq; Turcarũ regna in duas partes diuiſa ſunt. Oriẽtalia, quæ nũcupatur Natolia, & occidẽtalia q̃ dicit Romania.

Imperium in duas partes diuidi tur.

Natolia ſita eſt ultra Helleſpontũ, quæ cõtinet in ſe ꝓuintias infraſcriptas. Bythyniam, Aſiam, Capadociã, Paphlagoniã et Cariam. INſulas uero principales quatuor, Eoliam, Ioniam, Lesbum, & Smyrnã, quę oĩa noſtro ſæculo Turcarũ aduentu immutata ſunt, & ad eorũ linguã accõmadata, In ipſa quidẽ Natolia iſta ſunt linguarũ genera. Græca/Itala/Scythica/Armenica/Aggiamica/Cercaſica/Ziſsica/Egnaſica/Menglorica/Walachica/& Ruthena. Tenent itaq; totã Natoliam. xxxvi. præſides vexillares, qui Turcarũ lingua dicũtur Sangiarchæ, ijs enim Imperator auctoritatẽ tribuit erigendi vexilla in ꝓprijs prouintijs quibus pręſunt. Quorũ quidẽ pręſidũ reſidentiæ loca proprijs nominibus ad maiorẽ rei intelligentiam noĩabimus, videlicet/Amaſia/Trabezonta/Capha/Cheſtemoni/Burſa/Domuſli vel Seteli/Sarchan/Karaman/Vſunkaſſan/Aydinmentes/Languri/Kermen/Enguri/Boliaſſiria/Engheri/Iaya/Charaſarchen/Ghenimuſſolni Cheſſe/Mitili/Emittili/Syſchup. &c.

Pars prima Imperij. Prouintiæ.

Inſulæ.

Linguarum genera.

Seſſiones Præſidum.

Romania uero cõtinet in ſe ꝓuintias iſtas, Partem Datiæ/Traciam/Dardaniã/Achaiã/Peloponeſum/Accarnaniam/Macędoniã/Epyrrhũ/Raſſiam & Illyriæ partẽ. Et ipſæ prouintię gubernatę ſunt per perfidos vexillares ſiue Sangiarchos. xxv. quorum loca reſidentiæ ſunt iſta. Kiliæ/Nicapogliæ/Bdyngh/Callipoli/Seres/Salonych Negroponte/Morea/Argnocaſtro/Iamane/Preſrer. Oheid/Vocetorum/Coſtadin/Cernomen/Azigan/Stodri/Smederouo Boſna verbo/Zonnya/Kruzemze

Pars ſecunda Imperij. Prouintiæ.

Seſſiones præſidum.

Smederoua ſiue zendereu circa Taurinum.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Suonick circa Taurinum.

Turcarꝫ itaq̃ regna in LXI. ꝓuintias distribuunt̃, & in qualibet sunt milites q̃bus agri assignati sunt, vnde viuũt, qui Timari appellant̃, de q̃bus postea mentionẽ faciem⁹.

Timari milites.

Beglerbegh ergo siue princeps præsidũ, quilibet in sua parte sine pręsidibus imperat, videlicet, vnus in Natolia, alter vero in Romania, & si quæ discordiæ inter milites ortæ fuerint, ipsi discernũt, quorũq̃ iussa nullo pacto pręsides retractare possunt, & quia omniũ possessionũ militariũ collatio ad solũ Imperatorẽ pertinet, quilibet nihilominus Beglerbegh in suis ꝓuintijs conferre potest, cui vult possessionẽ ascendentẽ ad sum̃am Asprium quinq̃ mille, hoc est ducatorũ centũ, per hos igitur tres Magistratus tota sum̃a Imperij optime gubernatur.

Beglerbegh.

Sunt p̃terea alij Magistratus, qui licet Imperiũ nõ gubernẽt, tamẽ ęquitatẽ & iustitiã tuẽtur, sine quibus nullũ Imperium diu stare potest, ad gubernationẽ Imperij iura pertinere videtur. Pescherchadi, sum̃i Iudices exercitus, qui duo sunt. Vnus Natoliæ, alter Romaniæ, qui iudicãt oẽs causas, tam Ciuiles, q̃ Capitales, pro quibus ad Imperatorẽ ꝓuocatio facta est, quin etiã hij possunt retractare sentẽtias latas per Imperatorẽ, si cõtra legem Mahometi latæ fuerint, quia secundum ipsius legem omnia iudicant, quibus semper aditus ad Imperatorẽ patet, Nec possunt præsidere huic Magistratui, nisi ab origine Turcus fuisset, idest Busloman uel circumcisus.

Pescherchadi Iudices.

Busloman circumcisus.

Secũdus Magistratus nũcupatur Muchti. i. summus legis interpres, qui quũ de aliqua lege ambiguitas oritur, ipse discernit & explicat, quid lex ipsa & Iura velint, cuius sententia non potest prouocari.

Muchti.

Sũt etiam Moderis. i. Legis periti & Doctores, quos consulunt pro varijs causis & necessitatibus.

Moderis Legis periti.

Sũt et Thephterderi. i. administratores rationũ quorꝫ vnus procurat rationes Natoliæ, alter vero Romaniæ, q̃ Magistratus eximiæ dignitatis habetur, nunq̃ ab aula Imperatoris discedũt, sicut & Vesierbastæ. i. Consiliarij, Et quia de quęstoribus hic mentionem fecimus, subdemus etiam vnde proueniãt oẽs redditus Imperatori ordinarij. & q̃ sit summa ipsorꝫ. EX vniuersa itaq̃ sũma domus, in Imperio suo existente tam Christianorꝫ quã Turcarꝫ. & aliarꝫ nationũ q̃ viritim pendũt tributũ singulis annis.

Thephterdery.

Item ex fodinis auri, argẽti, ferri, plũbi & aliorꝫ metallorꝫ, ac ex Syla monetarꝫ tã in Romania quã in Natolia. ITEM ex auri fodinis in Chestemoni & ex fodinis aluminis in Natolia. ITEM ex Bonibate, Orcza, & ex Vectigalibus Serici in Bursia. ITEM ex piscibus salitis tam Marinis quã fluuialibus. ITEM ex redditibus Saliũ tã in Romania quã in Natolia. ITEM ex decimis & pascuis cunctorꝫ animaliũ. ITEM ex om̃ibus frugibus & cæteris terræ nascẽtibus. ITEM ex portorijs in Natolia & ex Schalogijs in Romania. i. Doanis siue Vectigalibus. ITEM ex Traiecto Callipolitano & aliorꝫ locorꝫ, ITEM ex hæreditatibus mortuorꝫ, quãdo ex defectu seminis propinquorꝫ deuoluunt̃ bona ad Imperatorẽ. ITẽ ex tributo variarꝫ vrbiũ q̃ sunt in Romania, Morea, Epyrrho, Moldlama, Scio, Calloier et Ragusio. Slmiliter ex vrbibus & ꝓuintijs quæ sunt in Natolia / Charaman / Synope / Symisso / Anguri / Finica / Candeloro / Capha / & ab alijs Satrapis maioribus uel minoribus habet circiter quadragies cẽtena milia nummorꝫ aureorꝫ, sed q̃a varijs nationib⁹ & linguis terrarꝫ ĩperat, necesse est, ut sint varij scribæ & Cãcellarij secundũ vari-

Summa Tributorum.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

etatem linguarũ. EST tamen inter eos vnus ſupremus Cãcellarius, Græcis itaq; & Italis, lingua Græca ſcribũt, Hungaris, Moldauis, ſiue Walachis, Sclauis & Raguſcis, lĩis Raſcianis. Turcis ꝑterea Sarracenis/Perſis/Armenis & ceteris natiõib⁹ lingua Agiamica/ Arabica uel Perſica.

Niſancibaſtia. At ille q eſt cuſtos Sigilli Impatoris Niſancibaſtia noĩatur. Singuli aũt prĩcipes Cõſiliarij peculiare ſigillũ habẽt.

Peractis Magiſtratibns quibus tantũ Imperiũ gubernatur, veniendũ eſt ad eos qui pallatio Impatoris ſeruiũt. Miniſtri aũt Imperatoris oẽs ſunt impuberes, eligũturq; eximiæ venuſtatis, in flore ætatis ſuæ, noĩantur Spahioglani, filij nobiliũ, & ſecundũ varia miniſteria, varia noĩa ſortiũtur. Quidã ſunt Dapiferi/ Pincernæ/ Cubicularij Cuſtodes rerum præcioſarũ quos Haznador nominãt cumq; ad annos pubertatis puenerint, ad maiores dignitates aſcendũt, Nam multi eorũ præſides prouintiarũ efficiuntur, ſecundũ virtutes & merita eorũ. Maior tñ pars eorũ poſt annos pubertatis, cuſtodes corporis Imperatoris efficiũtur, Ita hij qui minus ſtrennui apparent, retinent priſtinũ nomen & dicũtur Spahioglani, magis aũt ſtrenui Soluphtuari appellãtur. Cũ igitur Imperator iter faciat eſt ſtipatus vndiq; cateruis horũ cuſtodũ, in vna enĩ parte ſunt Spahioglani, qui ſunt circiter mille & Sexcenti.

In altera parte ſũt Soluphtuarij q ſunt circiter quingẽti qui oẽs prenominati viuũt ex ſtipẽdio, ingrediũtur præterea q̃ttidie pallaciũ Imperatoris ꝓpter ornamentũ aulæ.

Principũ filij. Mutapharichi. Sunt & alij magnorũ principũ circiter ſeptuaginta qui appellãtur Mutapharichi, et hij ſunt liberi ab omni onere militiæ & Aulæ, niſi cum ipſe Imperator eſt in exercitu, ipſi quoq; neceſſe eſt ut militent, viuunt ex ſtipendio.

Habet etiã Imperator alios corporis cuſtodes, qui ſunt optimi Sagittarij electi ex numero Ianizariorũ Solachi nuncupãtur. hij nõ vadũt in equis, & ſunt armati framea breui, arcu cum ſagittis promptis ad ictum, Schcuphias Byrreta in capite deferũt albas & rectas circulis aureis redimitas, & veſtimẽta ſuccincta. Hij enĩ ſunt precipui cuſtodes Imperatoris cũ in itinere eſt, nunq; ab equo Imperatoris diſcedẽtes, numero ſunt circiter ſeptingẽti, & ſunt diſtincti per centuriones, & viuunt ex ſtipendio.

Sunt & Ianitores qui etiã ex Ianizarijs creantur, quorũ nũerus eſt. ccc. Capiti vocãtur, hij etiã viuũt ex ſtipẽdio.

Sed & Mehtery, Tentoria & papiliones extendũt, et omne ſuppellectile aulæ diſponũt, qui circiter ſexcẽti ſunt.

Sunt præterea artifices diuerſarum artium quæ ad ornamentum aulæ Imperatoris pertinent, qui omnes in aula Imperatoris viuunt tanquam mancipia.

Imbrahor baſcia, eſt magiſter Agazonum.

Imbrahali dicuntur qui diſtribuunt vexilla.

Segmenbaſtia, eſt magiſter venationis.

Alia multa officia omittuntur gratia breuitatis.

Sed poſtq; de Magiſtratibus quibus Imperiũ gubernatur, & de miniſtris ac Cuſtodibus corporis Imperatoris abunde diſſeruimus, ſuper eſt vt de generib⁹ militum & modo conſtruendi exercitũ ſermonem faciamus.

Sunt ita diuerſa genera militum, videlicet Thimarci/ Ianizary/ Aſſapi, & Accangi, de quibus ſingulis ſigillatim tractabimus.

Thimarci ſunt milites equites oẽs, quib⁹ ager ab Imperatore attributus eſt, vnde ipſe cũ quatuor militib⁹ loricatis viuere poſsit, & ſic Thimar apud eos intelligitur ager vnus, de quo quĩq; milites viuũt ex decimis, per ſubditos

Sagittarij Solachi. Militum arma. Veſtes. Capiti. CCC. Mehtery ſexcenti. Imbrahorbaſtia. Imbrahali. Segmenbaſtia. Spahioglani. Spahioglan. Soluphtuari. Numerus militum. Thimarci. Ianizary. Aſſapi. Accangi.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

prouintiarꝝ, de domibus et oĩbus terræ naſcẽtibus datis
q̃buis ipſi agri nõ ſunt æquales, quia aliquis eſt qui poteſt
diuidi in.xx.xxx.&.xl.partes Thimar, et tamẽ ab vno
poſſideť, ſed ad inſtar magnitudinis agri prouentuũ, tali
poſſeſſor equites ſiue milites tenet, vnde cõputatis oĩbus
agris militaribus maioribus & minoribus qui habẽtur in
Romania, numero ſunt quatuor millia et quingenti. Mi-
litum vero viginti duo milia & quingenti.

Nũerus agrorũ quatuor millia quingenti.

Militũ uiginti duo millia quingenti.

In Natolia vero facta ſimili ſupputatiõe, numero ſunt
quinq̃ milia & quingẽti milites, ex quib⁹ oĩbus Thimar
in Natolia ſcilicet et Romania reſultant quinq̃ginta millia
equitũ, qui oẽs obediũt ſuis p̃ſidibus, & ſemp ſtant parati
ad bellum, nec aliud alimentũ habent quã ex agris illis.

Quinquaginta millia equitum.

Secundũ autẽ genus Militũ eſt, qui Ianizary dicuntur,
oẽs enim pedites ſunt, & ex ſtipẽdio Imperatoris viuunt,
& ſemper ſunt vbi Imperator eſt, maior pars eorꝝ eſt ex
Romania, & ab origine Criſtianorꝝ, q ſemel in Trienniõ
ſit delectus per totã Romaniã, & colligunť filij ſubditorꝝ
eoſq̃ mittũt in Natoliã, ut ibi imbuãtur lingua & ritibus
Turcarꝝ, cũq̃ ad annos pubertatis peruenerint, exercita-
ti in armis, & qui magis ſtrennui ſunt, pedites efficiuntur,
& ad cuſtodiã Imperatoris deputãtur, & in ipſa cuſtodia
ſunt ſemp nouẽ uel decẽ millia, quorꝝ Capitaneus Agga
nũcupatur, vir magnæ autoritatis. Qui aũt minus apti vi-
dentur militiæ deligũtur ad cuſtodiẽdas munitiones &
Arces, & ſunt circiter numero.xxx.millia, qui obediunt
ſuis Dazdar.i. Caſtellanis, viuẽtes ex ſtipẽdio. Sunt autẽ
Ianizary munimen & robur Imperatoris, eiq̃ ſunt obſe-
quẽtiſsimi tuẽturq̃ ipm cõtra oẽs tumultus & ſeditiões.

Ianizary.

Christiani.

Agga

Triginta millia Dazdar.

Aſſapi ſunt milites gregarij minus exercitati, ac precio

Aßapi.

cõducti, quorꝝ aliqui ſunt pedites, aliqui vero equites. hij
etiã claſſem maritimã intrant, habẽtes pro ſtipẽdio viri-
tim Aſpra quinq̃ per diẽ, De tali aũt genere militũ quã-
tum ipſe Imperator vult, tantũ cõducere poteſt, cum ſint
vulgares & ad pugnandũ inexperti, tam in pugna terre-
ſtri quã nauali & poſſunt eſſe Aſſapi, tam Chriſtiani quã
Turcę & aliæ nationes.

Accangi militant ad fortunã ſine agris, & ſine ſtipen-
dijs, quintã partẽ prædæ dant Imperatori, & ſi qui ſtren-
nui apparuerint, Thimarci uel alterius dignitatis nomen
& gradum ſortiuntur.

Accangi.

Sunt qui exercitũ ordinãt clauis ferreis, milites in ſta-
tionibus ſuis ſtare cogũt, & ſemper præcedũt Imperato-
rem, eiq̃ viam parant, & appellantur Zauſti, numero
ſunt quadringenti, viuunt ex ſtipendio.

Zauſti.

Sunt pręterea quidã milites prodigioſarꝝ virium, qui
contra quinq̃ pugnare perhibentur. Stipendium quoq̃
pro quinq̃ militibus ſumunt Belſly vocantur, numero
ſunt.cc.vel circa viuunt ex ſtipendio.

Belſly

Sunt & Gonili, qui in arte gladiatoria peritiſsimi habẽ-
tur, maximaq̃ agilitate lanceis, ſagittis, gladijs exercẽtur,
ſunt ſemper equites, quorum numerus eſt Centum &
ſexaginta, viuunt ex ſtipendio.

Gonili.

Muſſelym ſunt qui munitiones, caſtra, & propugna-
cula conſtruũt, quorꝝ merces eſt diurna quinq̃ Aſpriũ,
quartus ex dicta prouintia intrat exercitum.

Muſſelym.

Sed Iaya ſunt Turcę qui ꝓprijs expẽſis militãt, qa exẽ-
pti ſũt ab oĩ alio onere, ipſi q̃q̃ vias mũdãt cũ Muſſelym

Iaya.

Sarahori habẽt ſtipendiũ ab Imperatore Aſpriũ qua-
tuor per diem, homines ſunt agreſtęs, qui ſequẽtes exerci-

Sarahori.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

tum omnia vilia opera exercent, sicut & alij superius nominati.i. Musselyn & Iaya, hij omnes sunt per quos militia terrestris Imperatori Turcarum perficitur.

Classis Turcarum Imp.

Classis Turcarꝝ Imperatoris, cõtinet ad summũ vela cccc. supputatis nauibus, Triremibus, Biremibus, Palandiarijs, Grippis & alijs generibus nauigiorũ, quæ capit circiter hominum triginta milia, & ipsam parare solent Constantinopoli/ Nichaonię/ Callipoli/ Negroponti & Waulonë. Sed cũ sint in ea homines ut plurimũ agrestes/ & ad nauigandũ inexperti/ magnas vires habere nõ potest, cuius Capitaneus semp est præfectus Callipoli & illi qui ipsam intrant, omnes sunt precio cõducti secundum distinctionem exercitij & officiorum.

Peregimus tandem Magistratus quibus gubernatur Imperiũ Turcarꝝ. Pallatiũ quoqꝫ quibus ministris regat abunde explicuimus. Genera quoqꝫ militũ distinximus, ac maritimæ classis quãtitatẽ, & quo in loco parari soleat, ostẽdimus. Nũc superest, vt describamus modũ Castrametandi, cũ Imperator ipse personaliter adsit in Castris.

Modus Castrametandi.

PRIVS igitur Castra metatores eligũt locũ aptiorẽ pro Castris qui tutus sit ab omni ĩpetu hostiũ, ex quo de facili hostes expugnare possunt. Eligunt itaqꝫ qd habeat montẽ uel fluuiũ uel paludẽ quibus munitior sit, quẽ locũ descripto ambitu Castrorꝝ, fossatis altissimis muniunt.

Post quæ sequuntur Cunei acutissimi in circuitu, cathenis desuper colligatis.

Sequitur postea ordo Camelorum, qui cõmeatum et impedimenta pro vsu Castrorum baiulant.

Post quas minor altera fossa foditur in ambitu, cum hastis ꝑ maiori tuitiõe in circuitu affixis, quo in loco Sarahori, Iaya et Musselym mãsiones & habitatiões suas hnt.

Locatio exercituum Imp. Turcarum.

Post tot validas munitiones pedites, qui Ianiczary dicuntur per multiplices ambitus, Papiliones & Tentoria sua figũt, in quorꝝ medio Imperator ipse cũ suis pueris & ministris ornatissima tentoria habet, eminent ꝑterea duo maxima cornua cõtra hostes, contra quos pugnandũ est, adherẽtia circula Castrorꝝ, in quibus collocati sunt equites cũ suis pręsidibus. In vno em̃ cornu sunt milites Thimarcij, qui agros possidẽt in Romania. In altero vero qui agros possidẽt in Natolia, In capite vero cuiuslibet pręsidet Princeps pręsidũ.i. Beglerbegh. At in medio horum cornuũ locantur oẽs custodes corporis Imperatoris, hoc est Spahioglani, Soluphtarij, Solacchij, & cæteri aulici.

Post quos situata sunt varia genera machinarum & tormentorꝝ. Cum igitur pugnandũ est, in qua parte Imperij bellum gerendũ est. Beglerbegh illuc partis cũ suis

Modus pugnandi.

præsidibus pugnã incipit, quod si cõtigerit milites illius cornu ab hostibus superari, mox aliud cornu opem fert, superatis ambabus cornubus, pugnat omni genere Musselym et Tormentorꝝ. Deinceps custodes corporis manus conserũt, vltimo Ianiczary Imperatorẽ ipsum in medio duorum cornuum collocant, ne forte vertens ipse terga hostibus, causa internitionis totius Exercitus constare videatur.

HAEC sunt quę de Imperio Turcarum longis peregrinationibus, subtiliqꝫ indagatione comperimus. Quippe cum ciuitas nostra Ragusium, quæ in cõfinibus ipsorum sita est quãplurima cõmertia cum gentibus illis habeat, Nam desunt nobis facultates singula perquirẽdi,

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

quæ quidem humili ſermone, & ſine vllo elegantiæ ſuco ſcripſimus, non ad res Turcarum extollēdas, & ad incuciendum terrorē Maieſtati veſtræ & cęteris Principib⁹ Chriſtianis, Quin potius ut clarius Sole demōſtraremus, ſi ipſi Chriſtiani potentiā Turcarꝝ recto iudicio perpendiſſent, viresq; ſuas agnouiſſent, iam pridem de Imperio Turcarum actum eſſet, Nunc quæſo animaduertat Maieſtas veſtra, qui fuerint ante pauca tēpora Turcæ, quā imbelles gentes deuicerint, & quā vanis & falſis terroribus Imperiū ſuum auxerīt. Reperiet nempe eos fuiſſe homines agreſtes & inermes, inopia omniū rerum, ad latrocinia et rapinas coactos, perquirat diligēter hiſtorias variarum gentium, Romanorꝝ monumenta euoluat, inueniet ſemper Aſiaticos fuiſſe molles & timidos, ut extat vulgatus ille Iulij Cæſaris titulus, quē in Curru cum a triumpho Pontico rediret, inſcribi iuſſerat. Veni, vidi, vici, Imbellem eam gentem nulliuſq; momenti exiſtimans. Si quidem Romani orbis ferè quondam domini, per plures annos contra Numantiam vnam vrbem Hiſpaniæ pugnauere, quā contra totam Aſiam. Quid ergo tam magnū gentes Aſiaticas imbelles, et ſemper ſeruire aſſuetas deuiciſſe? Quid tam arduum Greculos effœminatos inteſtinis odijs ſemper diſſidētes debellaſſe? Quid tam grande Raſtianos & Bulgaros homines, inermes circa metalla & pecudes occupatos ſubdidiſſe? Quid tā generoſum Boſnenſes debachantes diſsidentibus inter ſe Principibus Hungariæ, in deditionē accepiſſe? Quid deniq; tam ſtrēnuis Principibus Europæ vere dormitantibus, gentes timidas & infidas ſponte ſeſe dedentes, in ditionem ſuam redegiſſe? Econtrario vires ſuas Maieſtas veſtra & cæterorum Principū Chriſtianorū examinet, generoſitatem & potentiam cōſyderet, Nūquid prope innumeros annos Sereniſsimę Maieſtatis veſtrę, Hūgaria populoſiſsima tm adhuc rudis? cōtra Romanos orbis Dominos fortiſsime pugnauit? ingentes clades illis intulit? & deinde pro Chriſtiana fide quoties Sarracenos debellauit? nunc florētiſsima, artibuſq; militaribus apprime inſtructa? cui quodāmodo nulla gens, nullaq; potentia reſiſtere poteſt, vt ex glorioſiſsimis victorijs conſtare videtur? cōtra viliſsima mancipia pro Chriſtiana fide bellare nō audebit? vſq; ad internitionē proſequi non pacietur? Quia furor eſt profecto deterreri a potentia Turcarum. Quippe prēter quinquaginta vel ſexaginta millia equitū, et decem milia peditum, quę ſupra retulimus eſſe in exercitu Turcarū, Reliquū vulgus iners & inerme eſt, ac velut grex pecudum ad libitum uictoris ſine ulla pugna duci poteſt, quod ſecus in prouintijs Chriſtianorum contigit. Nam et vulgus armis aptiſsimum eſt, & ad pugnandū ferociſſimum. EXVRgat ergo Maieſtas veſtra, vna cum Principibus Europæ, qui cōmune bonum, & vtilitatem deſyderāt, & præcedente CHRISTI CRVCE, arma contra hoſtem ſæuiſsimum ſumite. Fidem, Patriam, Leges, Templa, Vxores, Liberos, Parenteſq; chariſsimos defendite, luſtiſsimoq; bello, auxilium Diuinū nobis non defuturum ſcitote.

Soli Deo Gloria.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library